ficere. Respondit ihs. Et dixit eis.
Unu opus feci. Et omnes miramini.
Propterea moyses dedit uobis circum
cisionem. Non quia ex moyse est. Sed
ex patribus. et in sabbato circumcidi
tis hominem. Si circumcisionem ac
cipit homo in sabbato. ut non soluatur
lex moysi. mihi indignamini quia totū
hominem sanum feci in sabbato. No
lite iudicare secundum faciem. Sed ius
tum iudicium iudicate. Dicebant ergo
quidam ex hierosolymis. Nonne hic est
quem querunt interficere. Ecce palā
loquitur. et nihil ei dicunt. Num
quid uere cognouerunt principes. quia
hic est xps. Sed hunc scimus unde
sit. xps autem cum uenerit. nemo scit unde
sit. Clamabat ergo docens in templo
ihs. & dicens. Et me scitis. & unde sim
scitis & a me ipso non ueni. Sed est uerus
qui misit me quem uos nescitis. Ego autem scio
eum. Et si dixero quia non scio eum
ero similis uobis mendax. Et scio
eum quia ab ipso sum et ipse misit me
Quaerebant ergo eum apphendere
& nemo

DEN HAAG, KB, 70 E 17, 3v

KB

Koninklijke Bibliotheek

Postbus 90407, 2509 LK Den Haag
Bronvermelding verplicht